

---

**PARISH OF ST. VINCENT FERRER  
AND ST. CATHERINE OF SIENA**

The Reverend Peter Martyr Yungwirth, O.P., *Pastor*  
James D. Wetzel, *Director of Music and Organist*

**FEAST OF ST. MARY MAGDALENE, O.P.  
PROTECTRESS OF THE ORDER**



**Saturday, July 22, 2023**

**9:30 AM Mass in the Dominican Rite**

---



---

**PRELUDE**

*The People stand as the Procession begins.*

**MASS OF THE CATECHUMENS**

*The People kneel after the Ministers enter the Sanctuary.*

*As the Introit is sung, the Celebrant privately says the Prayers at the Foot of the Altar.*

*As the Celebrant approaches the Altar, the People stand.*

**OFFICIUM (INTROIT)** *Psalm 44 (45):2*

Chant, mode i

Gaudeamus omnes in Domino,  
diem festum celebrantes  
sub honore beatæ Mariæ Magdalænæ:  
de cuius solemnitate gaudent angeli,  
et collaudant Filium Dei.

*Let us all rejoice in the Lord,  
celebrating a feast day  
in honor of Saint Mary Magdalene,  
in whose solemnity the angels rejoice,  
and give praise to the Son of God.*

V. Eructavit cor meum verbum bonum:  
dico ego opera mea regi.

*V. My heart has uttered a good word;  
I speak my works to the king.*

Gloria Patri, et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum.  
Amen.

*Glory be to the Father, and to the Son,  
and to the Holy Spirit.  
As it was in the beginning, is now, and ever shall be,  
and for ever and ever.  
Amen.*



---

## KYRIE ELEISON

Chant, mode i

Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

*Lord, have mercy.  
Christ, have mercy.  
Lord, have mercy.*

*The People stand as the Gloria begins. The People sit when the Celebrant does.*

## GLORIA


Chant, mode iv

Gloria in excelsis Deo  
et in terra pax hominibus bonae voluntatis.  
Laudamus te,  
benedicimus te,  
adoramus te,  
glorificamus te,  
gratias agimus tibi  
propter magnam gloriam tuam,  
Domine Deus, Rex caelestis,  
Deus Pater omnipotens.  
Domine Fili unigenite, Jesu Christe,  
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,  
qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis,  
qui tollis peccata mundi,  
suscipe deprecationem nostram.  
qui sedes ad dexteram Patris,  
miserere nobis.  
Quoniam tu solus Sanctus,  
tu solus Dominus,  
tu solus Altissimus, Jesu Christe,  
cum Sancto Spiritu,  
in gloria Dei Patris.  
Amen.

*Glory be to God on high,  
and on earth peace to men of good will.  
We praise you,  
we bless you,  
we adore you,  
we glorify you,  
we give you thanks  
for you great glory,  
Lord God, heavenly King,  
God the Father almighty.  
Lord Jesus Christ, the only-begotten Son,  
Lord God, Lamb of God, Son of the Father,  
who takes away the sins of the world,  
have mercy on us;  
who takes away the sins of the world,  
receive our prayer;  
who sits at the right hand of the Father,  
have mercy on us.  
For only you are holy,  
only you are the Lord,  
only you are the most high, Jesus Christ,  
with the Holy Spirit,  
in the glory of God the Father.  
Amen.*

*The People stand.*

ORATIO (COLLECT)

**D**  ómi-nus vo-bí-scum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.

℣. *The Lord be with you.*

℟̄. *And with your spirit.*

Oremus.

Largire nobis, clementissime Pater, ut sicut beata Maria Magdalena Dominum nostrum Jesum Christum super omnia diligendo, suorum obtinuit veniam peccatorum, ita nobis apud misericordiam tuam, sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**Amen.**

*Let us pray.*

*Grant to us, most merciful Father, that as blessed Mary Magdalene by loving our Lord Jesus Christ above all things, won the forgiveness of her sins, so may she seek of your mercy our everlasting bliss: through the same our Lord Jesus Christ, your Son, who lives and reigns with you in the unity of the Holy Spirit, God, for ever and ever.*

*Amen.*

**EPISTOLA** *Song of Songs 3:2-5; 8:6-7*

Lectio libri Canticum Canticorum.

Surgam, et circuibō civitatem: per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea: quaesivi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum: nee dimittam donec introducā illum in domum matris meae, et in cubiculum genitricis meae. Adjuro vos filiae Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitētis, neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio, lampades ejus lampades ignis atque flammārum. Aquae multae non potuerunt exstinguere caritatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

*A reading from the Song of Songs.*

*I will rise and go about the city; in the streets and crossings I will seek him whom my heart loves. I sought him but I did not find him. The watchmen came upon me as they made their rounds of the city: Have you seen him whom my heart loves? I had hardly left them when I found him whom my heart loves. I took hold of him and would not let him go till I should bring him to the home of my mother, to the room of my parent. I adjure you, daughters of Jerusalem, by the gazelles and hinds of the field, do not arouse, do not stir up love before its own time. Set me as a seal on your heart, as a seal on your arm; for stern as death is love, relentless as the nether world is devotion; its flames are a blazing fire. Deep waters cannot quench love, nor floods sweep it away. Were one to offer all he owns to purchase love, he would despise it as nothing.*

RESPONSORIUM (GRADUAL) *Psalm 44 (45): 5, 11, 12*

Chant, mode iii

Propter veritatem, et mansuetudinem,  
et justitiam:  
et deducet te mirabiliter dextera tua.

*Because of truth and meekness  
and justice;  
and your right hand shall lead you wonderfully.*

V. Audi, filia, et vide,  
et inclina aurem tuam:  
quia concupivit Rex speciem tuam.

V. *Hear, O daughter, and see,  
and incline your ear,  
for the king has greatly desired your beauty.*

ALLELUIA *Matthew 28:9*

Chant, mode i

Alleluia, alleluia.

*Alleluia, alleluia.*

V. Surrexit Dominus,  
et occurrens mulieribus, ait: Avete.  
Tunc accesserunt, et tenuerunt pedes ejus.


V. *The Lord is risen,  
and meeting the women, said: Hail.  
Then they drew near and held his feet.*

Alleluia.

*Alleluia.*

*The People stand.*

EVANGELIUM (GOSPEL) *Luke 7:36-50*



**D** ó-minus vo-bí-scum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o. Sequé-nti-a sancti



Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.

V̄. *The Lord be with you.*

R̄. *And with your spirit.*

V̄. *The continuation of the holy Gospel according  
to Luke.*

R̄. *Glory be to you, O Lord.*

In illo tempore: Rogabat Jesum quidam de  
pharisaeis, ut manducaret cum illo. Et  
ingressus domum pharisei, discubuit.

*At that time, one of the Pharisees asked Jesus to  
dine with him; so he went into the house of the  
Pharisee and reclined at table.*

Et ecce mulier quae erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubisset in domo pharisaei, attulit alabastrum unguenti: et stans retro secus pedes ejus, lacrymis coepit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Videns autem pharisaeus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens: Hic, si esset propheta sciret utique, quae, et quails est mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum: Simon, babeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, die. Duo debitores erant cuidam feneratori: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

*And behold, a woman in the town who was a sinner, upon learning that he was at table in the Pharisee's house, brought an alabaster jar of ointment; and standing behind him at his feet, she began to bathe his feet with her tears, and wiped them with the hair of her head, and kissed his feet, and anointed them with ointment. Now when the Pharisee, who had invited him, saw it, he said to himself, "This man, were he a prophet, would surely know who and what manner of woman this is who is touching him, for she is a sinner." And Jesus answered and said to him, "Simon, I have something to say to you." And he said, "Master, speak." "A certain money-lender had two debtors; the one owed five hundred denarii, the other fifty. As they had no means of paying he forgave them both. Which of them, therefore, will love him more?" Simon answered and said, "He, I suppose, to whom he forgave more." And he said to him, "You have judged rightly." And turning to the woman, he said to Simon, "Do you see this woman? I came into your house; you gave me no water for my feet; but she has bathed my feet with tears, and has wiped them with her hair. You gave me no kiss; but she, from the moment she entered, has not ceased to kiss my feet. You did not anoint my head with oil; but she has anointed my feet with ointment. Wherefore I say to you, her sins, many as they are, shall be forgiven her, because she has loved much. But he to whom little is forgiven, loves little." And he said to her, "Your sins are forgiven." And they who were at table with him began to say within themselves, "Who is this man, who even forgives sins?" But he said to the woman, "Your faith has saved you; go in peace."*

*The People sit after the invocation.*

*The People stand. The People sit when the Celebrant does.*

*At the words* Et incarnatus est, *kneel through* Et homo factus est.

## CREDO

Chant, mode iv

Credo in unum Deum,  
Patrem omnipotentem,  
factorem caeli et terrae,  
visibilium omnium, et invisibilium.

*I believe in one God,  
the Father almighty,  
maker of heaven and earth,  
and of all things, visible and invisible.*

Et in unum Dominum Jesum Christum,  
Filium Dei unigenitum:  
et ex Patre natum ante omnia saecula.  
Deum de Deo,  
lumen de lumine,  
Deum verum de Deo vero,  
genitum, non factum,  
consubstantialem Patri:  
per quem omnia facta sunt:  
qui propter nos homines,  
et propter nostram salutem  
descendit de caelis,  
et incarnatus est de Spiritu Sancto  
ex Maria Virgine,  
et homo factus est.

*And in one Lord Jesus Christ,  
the only-begotten Son of God:  
and born of the Father, before all ages.  
God of God:  
Light of Light:  
very God of very God,  
begotten, not made,  
consubstantial with the Father,  
by whom all things were made;  
who, for us men,  
and for our salvation,  
came down from heaven,  
and became incarnate by the Holy Spirit  
of the Virgin Mary,  
and was made man.*

Crucifixus etiam pro nobis:  
sub Pontio Pilato passus et sepultus est:  
et resurrexit tertia die,  
secundum scripturas:  
et ascendit in caelum:  
sedet ad dexteram Patris:  
et iterum venturus est cum gloria  
iudicare vivos, et mortuos:  
cujus regni non erit finis.

*He was crucified also for us,  
suffered under Pontius Pilate, and was buried;  
and he rose again the third day  
according to the Scriptures;  
and ascended into heaven  
and sits at the right hand of the Father;  
and he shall come again with glory  
to judge both the living and the dead,  
of whose kingdom there shall be no end.*

Et in Spiritum Sanctum  
Dominum et vivificantem:  
qui ex Patre Filioque procedit,  
qui cum Patre et Filio  
simul adoratur, et conglorificatur:  
qui locutus est per prophetas.

*And in the Holy Spirit,  
the Lord and giver of life,  
who proceeds from the Father and the Son,  
who with the Father and the Son,  
together is adored and glorified:  
who spoke by the prophets.*



Et unam sanctam catholicam  
et apostolicam Ecclesiam.  
Confiteor unum baptisma  
in remissionem peccatorum,  
et expecto resurrectionem mortuorum,  
et vitam venturi saeculi.  
Amen.

*And in one, holy, catholic,  
and apostolic Church.  
I confess one baptism  
for the remission of sins,  
and I look for the resurrection of the dead,  
and the life of the world to come.  
Amen.*

## MASS OF THE FAITHFUL

*The People stand.*

℟. Dominus vobiscum.  
℞. **Et cum spiritu tuo.**  
  
℟. Oremus.

℣. *The Lord be with you.*  
℞. *And with your spirit.*  
  
℣. *Let us pray.*

*The People sit.*

**OFFERTORIUM** *Matthew 28:2, 5, 6*

Chant, mode viii

Angelus Domini descendit de caelo,  
et dixit mulieribus:  
Quem quaeritis surrexit, sicut dixit, alleluia.

*An Angel of the Lord descended from heaven,  
and said to the women:  
He whom you seek is risen, as he said, alleluia.*

*As the Offertory Antiphon is sung, the Celebrant continues the Offertory Prayers silently.  
The Altar, Ministers, and People are incensed.  
Having completed the Offertory Prayers, the Celebrant turns to the People and says:*

Orate fratres, ut meum ac vestrum pariter  
in conspectu Domini sit acceptum  
sacrificium.

*Pray, brethren, that my sacrifice and yours  
may be pleasing in the sight of the Lord.*

*Turning back to the Altar, he resumes silently through the end of the Secret.*

### **SECRETA**

Hanc nostrae oblationis hostiam, terribilis  
et piissime Deus, beata Maria Magdalena  
suarum precum cumulet incrementis, et ad  
remedium nobis provenire deprecatur. Per  
Dominum nostrum Jesum Christum Filium  
tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate  
Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula  
saeculorum.


**Amen.**

*O most dread and loving God, let the blessed Mary  
Magdalene add the fruit of her prayers to this  
victim of our offering, and obtain that it may avail  
for our healing: through our Lord Jesus Christ,  
your Son, who lives and reigns with you in the  
unity of the Holy Spirit, God, for ever and ever.  
Amen.*


*The People stand as is sung:*

PREFATIO *Solemn Tone*

**P**



er ómni-a sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. R̄. Amen.



Dóminus vo-bí-scum. R̄. Et cum spíri-tu tu-o.



Sursum corda. R̄. Ha-bé-mus ad Dóminum.



Grá-ti-as a-gá-mus Dómino Deo nostro. R̄. Di-gnum et justum est.

Ÿ. *For ever and ever.*

Ÿ. *The Lord be with you.*

Ÿ. *Lift up your hearts.*

Ÿ. *Let us give thanks to the Lord our God.*

R̄. *Amen.*

R̄. *And with your spirit.*

R̄. *We have lifted them up to the Lord.*

R̄. *It is meet and just.*

*The Celebrant continues:*

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeteme Deus per Christum Dominum nostrum.

Per quem majestatem tuam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates; caeli, caelorumque virtutes, ac beata seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes:

*It is truly fitting and just, right and salutary, that we should always and in all places give thanks to you, O holy Lord, Father almighty, eternal God through Christ our Lord.*

*Through whom the angels praise your majesty, the dominations adore it, and the powers are in awe; the heavens and the virtues of heaven and the blessed seraphim celebrate it with united joy. With these we pray you join our voices also, while we say in humble praise:*

*The People kneel as is begun:*

**SANCTUS**

Chant, mode viii

Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dominus Deus Sabaoth.  
Pleni sunt caeli et terra gloria tua:  
Hosanna in excelsis.

*Holy, Holy, Holy  
Lord God of hosts.  
Heaven and earth are full of your glory.  
Hosanna in the highest.*

Benedictus qui venit in nomine Domini:  
Hosanna in excelsis.

*Blessed is he who comes in the name of the Lord.  
Hosanna in the highest.*

**CANON MISSAE**

*As the Sanctus is sung, the Celebrant continues the Canon silently until he sings the Final Doxology:*

℟. Per omnia saecula saeculorum.  
℞ Amen.

℟. For ever and ever.  
℞ Amen.

*The People stand as the Celebrant sings:*

**PATER NOSTER** *Solemn Tone*

Oremus.

Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

*Let us pray.*

*At the Savior's command and formed by divine teaching, we dare to say:*

*Our Father, who is in heaven, holy is your name. Your kingdom come. Your will be done on earth, as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us.*



**E** t ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem. **℞.** Sed lí-bera nos a malo.

**℣.** *And lead us not into temptation.*

**℞.** *But deliver us from evil.*

*The Celebrant continues the fractal prayer silently until its conclusion:*


**℣.** Per omnia saecula saeculorum.

**℣.** *For ever and ever.*

**℞.** Amen.

**℞.** *Amen.*

**PAX DOMINI**



**P** ax Dómi-ni sit semper vo-bí-scum. **℞.** Et cum spí-ri-tu tu- o.

**℣.** *May the peace of the Lord be always with you.*

**℞.** *And with your spirit.*

*The People kneel as is begun:*

**AGNUS DEI**

Chant, mode viii

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis.

*Lamb of God, who takes away the sins  
of the world, have mercy on us.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis.

*Lamb of God, who takes away the sins  
of the world, have mercy on us.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
dona nobis pacem.

*Lamb of God, who takes away the sins  
of the world, grant us peace.*

*The Celebrant continues the prayers of Communion silently until the Public Communion:*

✠ Ecce Agnus Dei,  
ecce qui tollis peccata mundi.

✠ Behold the Lamb of God,  
behold him who takes away the sins of the world.

*Said thrice:*

**℟. Domine, non sum dignus,  
ut intres sub tectum meum,  
sed tantum dic verbo  
et sanabitur anima mea.**

℟. Lord, I am not worthy  
that you should come under my roof,  
but only speak the word  
and my soul shall be healed.

*Catholics in a state of grace may kneel to receive Holy Communion on the tongue, without the response 'Amen.'  
To each Communicant, a Priest says:*

Corpus Domini nostri Jesu Christi  
custodiat te vitam aeternam. Amen.

*May the Body of our Lord Jesus Christ  
preserve your soul unto life everlasting. Amen.*

**COMMUNIO** *Psalm 44 (45):3*

Chant, mode vi

Diffusa est gratia in labiis tuis:  
propterea benedixit te Deus in aeternum.

*Grace is poured upon your lips;  
therefore God has blessed you for ever.*

*After the ministration of Communion, the Celebrant recites prayers of ablution silently.*

*The People stand.*

## POSTCOMMUNIO

✠ Dominus vobiscum.

✠ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Sanctificet nos, quaesumus Domine, et muniat, intercedente beata Maria Magdalena, divini muneris sacra libatio: et caelestium virtutum coheredes efficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**Amen.**

✠. *The Lord be with you.*

✠. *And with your spirit.*

*Let us pray.*

*Through the intercession of the blessed Mary Magdalene may the sacred outpouring of this divine gift sanctify and shield us, O Lord, we pray, and make us co-heirs of the heavenly powers: through our Lord Jesus Christ, your Son, who lives and reigns with you in the unity of the Holy Spirit, God, for ever and ever.*

*Amen.*

## DISMISSAL

✠ Dominus vobiscum.

✠ Et cum spiritu tuo.

✠. *The Lord be with you.*

✠. *And with your spirit.*

I -te, missa est. R. Deo grá-tias.

✠. *Go forth, the Mass is ended.*

✠. *Thanks be to God.*

*The People kneel for the Final Blessing.*

✠ Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

✠ **Amen.**

✠. *May the blessing of almighty God, Father, and Son, and Holy Spirit descend upon you and remain with you always.*

✠. *Amen.*

*The People stand.*

**LAST GOSPEL** *John 1:1-14*

✠ Dominus vobiscum.

✠ **Et cum spiritu tuo.**

✠ Initium sancti Evangelii secundum Joannis.

✠ **Gloria tibi, Domine.**

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (*Here All genuflect.*) ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

✠ **Deo gratias.**

✠ *The Lord be with you.*

✠ *And with your spirit.*

✠ *The beginning of the holy Gospel according to John.*

✠ *Glory be to you, O Lord.*

*In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by him, and without him was made nothing that was made. In him was life, and the life was the light of men: and the light shined in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not the light, but was to give testimony of the light. That was the true light which enlightens every man that comes into this world. He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not. He came unto his own, and his own received him not. But as many as received him, to them he gave great power to become the sons of God: to them that believe in his name: who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God. (*Here All genuflect.*) AND THE WORD WAS MADE FLESH, and dwelt among us, and we saw his glory, the glory as of the only begotten of the Father, full of grace and truth.*

✠ *Thanks be to God.*



